



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi**

Cum quadruplici Indice

**Cartagena, Juan de**

**Coloniae Agrippinae, 1613**

Homilia Quarta. Ostenditur iterum Christus Dominus in vtero matris festinasse, vt Ioannem sanctificaret; cuius occasione SS. Patrum testimoniis palàm fit, quàm sit Deus ad miserendum procliuis & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

finxit ab increata luce Verbi incarnati, de quo immediate subiunxit: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hæc igitur futura similitudo à Christo præcognita, causa existit, ut ipse Ioannem visitaret, & quodam sympathiæ ac symboliæ modis pondere in eum ille ferretur, & traheretur, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA. IV.

ostenditur iterum Christus Dominus in utero matris festinasse, ut Ioannem sanctificaret; cuius occasione Sanctorum Patrum testimonium palam fit, quomodo sit Deus ad misericordiam proclivis & velocis: De misericordia autem in hac visitatione diximus collata gaudent Ioannes, Elisabeth, Zacharias, Deipara Maria, Christi humanitas, mundus & beatissima Trinitas.



In hac facta Visitatione, in qua Beata Virgo, velut serculum veri Salomonis, Christum Dominum ad Ioannem detulit, contemplet æternum Patrem unigenitum suum humana carne recens indutum, his verbis vrgeret: *Fili mi, discurre, festina, suscitatum tuum: ac si diceret: Visita fili futurum tuum amicum Ioannem, idque festinanter, ut citò à peccati originalis morte ad vitam gratiæ illum renoces. Sanè Christus, tamquam Patri obedientissimus, festinavit continuo salutari suæ gratiæ medicinam ad mortis infirmitatem sanandam, illi exhibere, de qua Salomon dixit: Medicina om-*

nia in festinatione nebula: festina ante enim

Maria per nebulam significata (quia sicut nebula solem tegit, ita ipsa humanae carnis nebula, iustitiæ solem, æterni Patris filium cooperuit) festinante inquam Maria, qua Christus Dominus ferebatur, festinavit ipse, ut Ioannem à Diaboli faucibus eriperet. Sed quid quæso non acceleraret, cui propter summam eius velocitatem Pater hoc nomen imposuerat, *Ac Isai. 8. celerata, spolia detrahente, festina, prædanti: hoc est, à Diaboli misera seruitute animas eripere propera. In cuius figuram legitur de Samsonè dictum esse: Erit enim Nazareus ab infantia sua, & ex matris utero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum: ecce nunc Christum patris fortitudinem per fortissimum Samsonem significatum, qui ab utero virginis matris suæ cepit liberare Ioannem ab infestissimo hoste peccati originalis. In eo sanè illud Isaiæ portentum impletum intueor: Delectabitur infans ab ubere Isai. 49. super foramine aspidis; & in caverna Reguli, qui ablactatus fuerit manum suam mittet: licet enim frequentius hæc verba intelliguntur de Christo infante ab Idolorum culeu Reges Magos vocante, meritò etiã de ipso in utero matris existente intelligi commode possunt, cum inde omnipotentis virtutis suæ manum in cavernam animæ Ioannis mittens, in qua peccati originalis aspis, seu regulus iacebat à veneno huius mortiferi serpentis illum eripuerit: per similitudinem in hoc fortissimo illi Herculi, de quo narrat historiographi, quod infans à matris ubere pendens, dracones mira sua fortitudine suffocabat. quàm veraciter tunc posset Ioannes sibi usurpare verba illa Dauid: Dominus sollicitus est mei: necnon & illa Iob. 10. Iob: Vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum? In his beneficiis Ioanni collatis videtur mihi Christus Dominus fecisse, quod olim Imperatores, cum Romam victores ingrediebantur, factitabant; ut enim commemorant Antonius Augustinus Argin. chiepi-*



*Gulielm. de  
Choul lib. de  
ant. rel. Rō.*

chiepiscopus Tarraconensis, & eruditus auctor, Gulielmus de Choul, confue- rant Cæsares auream quandam moneta- tam ingentis quantitatis cudere, quæ ex vna parte Cæsaris vultum & nomen, ex alia præcipua eorum gesta sculpta conti- nebat, huiusque generis numismata non pauca in die ingressus illius, populo pu- blicè effundebant, ad eundem certū mo- dum Christus Dominus, supremus cœli & terræ Imperator, recens mundum per humanæ carnis assumptionem in vtero Virginis ingressus, cœpit cœlestia charis- mata in Ioannem, & Elisabeth, ac in to- tam eius familiam effundere, quæ sanè, instar illorum numismatum, Dei faciem sub humana carne latentem referebant, cum diuinæ solum omnipotentia sit ani- mas iustificare, & Spiritu sancto illas re- plere, prout à Christo Domino repleti fuere Ioannes, & Elisabeth, vt testatur D. Lucas. Verùm huius insignis operis illa celeritatis circumstantia, magna com- mendatione celebranda venit, dum à sanctificando Ioannem Christus Domi- nus ortum eius non expectauit, sed ines- tabili sua misericordia illum præueniens, ante cultorem cœli, quàm terræ; ante Spi- ritus sancti suauis auræ perfusi, quàm cō- muni aëris spiramine potiri ex quo stu- pendo diuinæ clementiæ opere non pos- sum non ansam sumere ad manifestan- dos diuinæ bonitatis thesauros, quos ea in remissione ostendat, quod ad miseren- dum procliuior, ac pronior, quàm ad pu- niendum est, vt sacra volumina frequen- tissimè prædicant. Verùm quia de his longum texuimus sermonem in Homi- liis nostris catholicis in vniuersa Chri- stianæ Religionis arcana lib. 2. solum hoc loco eorum, quæ sancti Patres in hoc genere argumenti sapiēter scripserunt, pul- chram catenam contexemus. In primis antiquissimus Origenes, cogitandi acu- mine, & dicendi facundia celeberrimus, in commentario Ieremiæ prophetæ hæc scripsit: Deus ad benefaciendum promptus est, per c. 1. Iere. ad puniendum autem eos, qui pœna digni sunt,

*Luc. 1.*

*In nostris ho-  
mil. Catho in  
vniu. Christ.  
Relig. lib. 2.  
hom. 12.*

*Orig. hom. su-  
scripsit: Deus ad benefaciendum promptus est,  
per c. 1. Iere.*

disimulat. Cum possit quippe tacens, & sine contestatione venturi punire eos, quos simul dignos supplicio iudicat, nunquam hoc facit, sed etiam si condemnauerit, dicit, quod sibi semper dicere propositum est, vt liberentur à condemnatione per penitentiam, qui condem- nati fuerant per delictum. Horum exemplum de scripturis multa possumus accipere, iusti- cium incidentia. Ninuice peccatores condem- nati erant à Deo: adhuc enim quadraginta dies est futurum, vt Ninive subueratur, noluit eos cum silentio Deus punire damnatos, sed dant eis locum penitentia, & conuersionis, misit prophetam, vt dicente illo: adhuc qua- draginta dies, & Ninive subueretur, qui con- demnati erant, non perirent, sed agentes peni- tentiam impetrarent misericordiam Dei. qui in Sodomis, & Gomorhis iam erant exitio des- tinati, vt manifestum est ex sermonibus Dei, quos locutus est ad Abraham; attamen quod erat suum, fecerunt Angeli, volentes eos sal- uari, qui se indignos salute iudicauerunt, hæc, dicentes ad Loth: Est tibi hic aliquis gener- aus filij, aut filia? neque vero ignorabant non esse eos secuturos Loth, sed ostenderunt suam pariter, & eius, qui eos miserat, benignitatem in homines & amorem. Horum quiddam simile inuenimus in Ieremia scriptum esse. est enim annotatum tempus prophetiæ eius, quan- do cepit propheta: quisque ergo qui scripturas legit, sciet, quia cepit propheta in diebus Iosia filij Amōn regis Iuda, vsque ad annum ter- tiumdecimum regni eius, deinde prophetau- rit in diebus Ioakim filij Iosia regis Iuda; vsque ad consummationem vndecimi anni Sedechie regis Iuda, & legens didici, quia per tres re- ges prophetia eius contexta sit vsque ad ca- ptiuitatem Ierusalem in quinto mense. Quid ergo docemur per hæc? Condemnauerat Deus Ierusalem propter peccata que fecerat, & hæc erat extrema sententia, vt captiuitati relin- queretur: Verum tamen cum hominum sit ama- tor, nec quemquam vesit perire, antequàm de- populationis tempus instaret, misit & hunc prophetam, vt per sermones eius ad peniten- tiam conuerteretur; misit eundem, & sub se- cundo Rege post primum; misit quoque sub ter- tio. quid plura? Captiuitas iam imminerebat, & adhuc

*Iona 3.*

*Gen. 19.*

*Ierem. 1.*

*Ierem. 1.*

*D. 27.*

*ad huc*



adhuc adibat Deus, tribuens (ut ita di-  
cam) & ante unam diem locum penitentiae:  
unde scriptum est, usque ad captivitatem Ie-  
rusalem, & usque ad quintum mensem pro-  
phetasse Ieremiam. Tam hostium vincula re-  
strinxerunt manum, & nihilominus haec quo-  
dammodo dicebat Deus: ecce captiui facti estis  
agite, licet sero penitentiam; rogate me, &  
parcam vobis. Possum er uere de captiuitate,  
qui tradidi. Habemus itaque quidem necessa-  
ria ex superscriptione ista, quae continet tēpo-  
ra prophetiae, quia iuxta suam clementiam ex-  
hortatur Deus saepe homines ad salutem, ut  
cessante delicto, etiam captiui conquelescat.  
Haec autem & de nobis possumus intelligere,  
si peccauerimus, & nos captiui futuri sumus.  
Et enim tradidit peccatorem Satanā nihil di-  
at ab eo, quod Iudei sunt traditi Nabuchodonoso-  
sar, utique ut illos Deus concessit aduersario  
propter frequentes impietates, sic nos propter  
peccata, quae fecimus, tradimur spirituali Na-  
buchodonosor: Quos tradidit (ait Paulus) Sata-  
na, ut discant non blasphemare. Putas quantum  
malum est peccare, ut tradamur Satanā capti-  
uanti animas eorum, qui relinquuntur à Deo:  
non sine causa, neque sine iudicio Deus relin-  
quit, quos deserit: cum enim miserit pluuuam  
super vineam, & vinea pro vna attulerit spi-  
uas, quid faciet, nisi ut mādēt nubibus, ne pluāt  
super eam imbrem? quapropter in proximo  
est propter delicta nostra, quarum nobis com-  
scij sumus. & nos captiui futuri sumus enim,  
ut si non egerimus penitentiam, tradamur  
Babylonis, qui nos sensibilibus excrucient.  
Istis iam adiacentibus, sermones prophetarum,  
sermones legis, sermones Apostolorum, sermo-  
nes etiam Domini hortantur ad penitentiam,  
pronocant ad salutem; si autem audierimus,  
credimus ei qui dixit: & ego penitentiam  
agam de omnibus malis, quae locutus sum face-  
re eis, haec ait Origenes. Audiamus nunc  
Diuum Hieronymum in commentario  
Prophetae Osee, qui explicans illa verba:  
Non faciam furorē in te meae: non conuertar,  
ut disperdam Ephraim: quoniam Deus ego,  
& non homo: ait: Quantum in me est, quan-  
tum ego cupio, si errorem veritate correxerit,  
ne magis amauerit, quam mundam, Deus

ego sum, & non homo, lapsis in malum porri-  
gam, errantes ad salutem vocabo; & quia san-  
ctus sum, propterea non ingrediar ciuitatem:  
post Dominum ambulabo addunt Septuaginta  
& est sensus. Quia conuersum est cor tuum  
in te, & non secundum peccata nostra fecisti  
nobis, sed imitari tuam clementiam, & no-  
stra delicta non punis; & polliceris te san-  
ctum in nostri medio versaturum, idcirco, &  
ego malorum hominum non ingrediar ciuita-  
tem, neque ero de numero peccatorum, sed am-  
bulabo post Dominum Deum meum. Hebraei  
autem ex persona Dei ita edisserunt: non te de-  
Osee. 11.  
relinquam, non ibo ad aliam gentem, neque in-  
grediar alteram ciuitatem, post Dominum am-  
bulabunt. haec ille.

Sed & D. Chrysof. praecleara verba mi-  
nime praetermittam. hom. enim 18. in  
Gen. ait: Post peccatum exclusit Dominus A. D. Chryf. he.  
dam de Paradiso, in quo ostendit simul cum 18 in Gen.  
flagello misericordiam; & ut hoc discamus, 10. 1.  
oportet, verba diuina scripturae considerare:  
& nunc, inquit, nequando extendat manum,  
& accipiat de ligno vitae, & comedat & vi-  
uat in eternum. Nam quia magne intempe-  
rantiae (inquit) iudicia exhibuit, praenari-  
doque mandatum, mortalis factus est, ne nunc  
& lignum, quod vitam praebet continuam at-  
tingere audeat peccatoris perpetuo futurus fue-  
rit hinc ipsum eicit ita, ut magis providentiae,  
quam indignationis fuerit illa eiectio. Hic  
enim mas est Domini nostri, ut puniens non  
minus, quam beneficiens suam ergo nos decla-  
ret providentiam. Quippe & hanc penam ad-  
monitionis gratia nobis irrogauit, quia utique  
si scisset nos non peiores fieri in, uere peccando,  
neuiquam ultra punisset, sed ut reprimat na-  
strum ad deteriora progressum, & tollat ma-  
litiā ulterius grassantem, suam seruanda  
misericordiam punit, & infra. Eiecit que Do-  
minus Deus Adam, & habitare fecit eum in  
regione horti deliciarum. Animaduerte, quod  
Dominus uoluit in singulis operibus misericor-  
diae argumentum ostendit, & signorum pe-  
narum species bonitatis plena sunt. Non enim  
hoc solum misericordiae & benignitatis ar-  
gumentum erat, quod eiecit, sed & quod  
contra paradysum illum habitare faciebat, ut  
L. L. 14. 170

I. 1. 1.

I. 6.

I. 13.

D. Hier. in c.

1. 10.



ingenti dolorem haberet, quotidie cogitans, vnde exciderit, & in quem statim se coniecerit. & quamvis gravissimi dolori spectulatum erat, est tamen magis vilitatis affectus, & dolens continuo aspectu manitor, & cautior esset in aliis, ne iterum in eo peccata incidere, qui hominum (ut plurimum) mos est. Itaque toto rerum mutatione docemur, & a quibus excidimus, & quibus nos ipsos malis iniicimus. Itaque quod prope, & e regione paradisi nos habitare iussit, nobis cura signum fuit, ut & spectando memor esset, & inde lucrum faceret, & neque immodica viuendi cupiditate conuisceret, neque feris exiliens de ligno comedere presumeret. Idem & Diuus Chrysostomus ait: Imperat iusto, ut fabricet arcam. Volebat enim illos, qui iam grauitur peccabant, fabricatione arca aduocari, ut secum cogitarent, que fecissent, respiciendoque indignationem non experirentur. & infra. Ego autem inducam diluuium super terram: etiam nunc pro sua misericordia indignationem bonitate temperat, tales poenitentiam inseri, que sine dolore sit, & non sentiantur, & quia video vlcera eorum incurabilia, sistere vltima malitia fluente, ut ne grauioribus poenis obnoxios se faciant. & infra. Adhuc septem dies sunt, & ego inducam pluuia super terram, & cetera. Attende obiecto etiam ex his, que nunc dicta sunt, bonitatis diuinae exaltationem, quomodo post tantam longemissimam, etiam nunc ante septem dies predictis, valens metum emendatores illos reddere, & ad poenitentiam reducere. & infra. Inducam pluuia quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quid non erat ei possibile, ut vno die totam pluuia induceret? quid, inquam, vno die? vno momento posset: sed hoc dedita opera facit, volens simul, & timorem incutere, & occasionem prestare, que posset panem effugere. Et delebo (inquit) omnem substantiam, quam feci, a facie terra vsque ad pecus. Vide quomodo,

D Chryl. ser. & semel, & iterum predictis, & neque sic sibi de Adam supplicatur. Hactenus D. Chrysostomus, Sodom & Moab. moa pigebit apponere, sermone namq.

de Adam ait: Manifesta est Dei lenitas, & vel ex his saltem mitis, que humano generi demonstrata sunt, cum Deus legem dedit primo homini, & legulatur ab illo contemptus est, non fulmine illum vltus est, non induxit, quam m.atus est, sententiam, sed finxit quasi indignandum strepitum, ita ut Adam celeris fuga tempus haberet, interrogatione instrueretur, itaque cum in media fuga esset, Deus adstans clamabat: Adam vbi est? vbi est? vbi imago mea primum formata? vbi paradisi pretiosissimus aratus? vbi manuum mearum artificium? vbi imago regni mei nuper depicta? vbi vultu familiaris mei amicum? comparere non audentem animam, mortuum ad verba adhortatur. palpat voce, quasi febre laborantem, ut dicto morbo, valeat ducere se committat, nomine vocat occultum, ut vocationis mansuetudine amictur, & timore mortuus, cogitationes resocillandum assumat: adhuc me, ut patet, aduocat, & ut per auaricorem non perdit inuidiam? vno vultu impietatis, qua ante a minatur est, sed dat responsis locum: Propter hoc figura vultus interrogantis, qua simulat Dominus nescire quod gestum est, vultur Deus, ut cum seipsum redarguat ille, discat Dominus inuicem, a seipso quidem amictus nuditate, a Dominus autem te de eius in pitudine. Et quid diuina bonitatis, que se in omnia secula, & populos effundit, in vultu epus concludo: mansuetus enim est, & etiam inimicus misericors; & alibi: Prius etiam occurrit, ut conciliet inimicos, & vultur hi, qui impie egerant, studeat ar. ibi quibusdam efficers. Ex multis autem vnam hanc narrabo. Israelitas electos varijs miracularum operationibus fouebat, & preclaros pro omnibus monstrabat, omnem (ut ita dicam) creaturam propter illos alerans, & elementorum ministeria mutans: desuam ostendens petram, preparans terram in absorptionem, retrocedere faciens solem ad occasum festinantem, regulas nature nouis prescribens, ea que omnia in gloriam ingrati Israelitarum vero idolis seruire ceperunt, pessime retribuentes Deo, habuit quidem ad vltione sul-



pona, sed natura ad multitudinem vergebat.  
 abstrahat quidem ab vltione omnium, sed cu-  
 rat: ut amaretur ab his, qui offenderant. Te-  
 remiam mediatorum facit: vade, inquit, & le-  
 ge sermones istos, & dices eis, conuertere ad  
 me peregrinatio Israel, & non irascar vobis  
 in eternum. Tantum apud illum est misericor-  
 dia pelagus. hactenus D. Chrysostomus.  
 Quibus vltimo loco subiungam dulcissi-  
 ma melliflui Bernardi verba, qui expo-  
 nens locum illum Pauli: Benedixit Deus,  
 & Pater Domini nostri Iesu Christi, pater mi-  
 sericordiarum, & Deus totius consolationis:  
 sic habet. Benedixit Pater misericordiarum,  
 cui proprium est misereri semper, & parcere.  
 sed forte quis dicat. Quomodo illi proprium est  
 misereri, cuius iudicia abyssus multa? Ne quo-  
 enim dicitur: omnes via eius sola misericor-  
 dia, sed misericordia & veritas, non minus  
 iustus, quam misericors est, ut misericor-  
 dia & iudicium decantatur. Verum is qui-  
 dem cuius vult miseretur, & quem vult, in-  
 durat, sed quod miseretur, proprium illi est. Ex  
 se enim sumit materiam, & velut quoddam  
 feminarium miserendi, nam quodammodo co-  
 gimus, ut longe aliter de corde ipsius miseratione,  
 quam animaduerso procedere videatur. Ipsum  
 audi dicentem. Numquid voluntatis mea est  
 mors impij, dicit Dominus, & non magis, ut  
 conuertatur, & vivat? Rectè igitur non Pater  
 iudiciorum, vel vltionum dicitur, sed Pater  
 misericordiarum, non modo quòd, ut pater, vi-  
 deatur misereri potius, quam indignari, &  
 quemadmodum pater filiorum, miseratur si-  
 mentibus se, sed eò magis quòd miserendi cau-  
 sam, & originem sumas ex proprio, iudicandi,  
 vel vltiscendi magis ex nostro. Vocat autem  
 Paulus, Dominum patrem, non vnus tantum  
 misericordia, sed misericordiarum, & Deum  
 non vnus, sed totius consolationis, qui conse-  
 latur nos, non modo in hac vel in illa, sed in  
 anni tribulatione. Misericordie Domini mul-  
 te, ait quidem, videlicet, quia multa tribula-  
 tiones iustorum, & de omnibus his libera-  
 bit eos Dominus. Misericordia nostra multiplex  
 est, non modo magnam misericordiam, sed &  
 multitudinem querit miserationum. Patrem  
 misericordiarum Iesum vocamus, quia de-

plicem venit tollere misericordiam, animam condo-  
 nando peccata, & corporis, ea resuscitans &  
 configurans corpori claritatis sue. Unde & bis  
 dixit Propheta: Consolamini, consolamini  
 popule meus, dicit Deus vester, ut vi-  
 delicet certissimus, quod vtrunque sit  
 naturus, qui neutrum suscipere eò dignatus.

Ecce preclaris Sanctorum Patrum te-  
 stimonis diuinam misericordiam con-  
 testatam, qua semper Deus pronus ad eò  
 est, & proclius ad miserendum, & bene-  
 faciendum, ut vbi nostra vulgata legitur:  
 Ascensor caeli auxiliator tuus; verio Sanctis  
 Pagnini habeat: *Aequans caelos in auxi-  
 lium tuum*, ut ex admiranda caelorum velo-  
 citate coniectes quàm celeriter ad mise-  
 rendum curat, qui illis, velut equis, insi-  
 det. ad quod idem alludunt verba Pro-  
 phetae: *Sicut in penus eius, non dicitur  
 in pedibus, licet alioquin pedibus suis gra-  
 dederetur Christus ad permultos sanandos,*  
 quomodo progressus fuit in domum La-  
 zari, ut à mortis infirmitate eum eripe-  
 ret: non dicitur, *in manibus eius*, licet alio-  
 quin per manus impositionem non se-  
 mel infirmos ad pristinam sanitatem re-  
 uocaret: *Et imposuit illi manus & erecta*

eò: sed consulto dicitur: *Sicut in penus eius*  
 ut quantura alarum motus, manuum &  
 pedum motu velocior esse perhibetur,  
 tanto magis velocitatem De: in auxilium  
 inopi ferendum significaret. hinc Isaias  
 volens commemorare vindictam, quam  
 Deus de quibusdam diuinæ legis præua-  
 ricatoribus sumpturus erat, prius dixit sub  
 eleganti metaphora, quasi moleste ferret  
 à peccatis hominum compelli ad illos  
 puniendum: *Ecce Dominus egredietur de  
 loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris ter-  
 ræ contra eum*: in quibus verbis Isaias præ-  
 supponit diuinam clementiam ac beni-  
 gnitatem proprium centrum esse Dei;  
 in quo ipse requiescit; vnde quemad-  
 modum quando res naturales separan-  
 tur à suo centro, violentiam sustinent,  
 ita ad significandum Deum, quasi à no-  
 stris iniquitatibus coactum, ut seuerè  
 nos puniat, & quòdam se quodammodo



violentiam pati, à proprio misericordiae centro egrediens, ideo dixit: *Ecce Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem.*

**Michae 6. 1.** Similia lego dixisse Michaeam: *Ecce Dominus egredietur de loco suo: & descendet, & calcabit super excelsa terra.* Obseruanda est metaphorà illa, quam addit, sub verbo illo *descendet*, quod cum *Dominus Deus* noster ignis consumens est: natura autem ignis sit ascendere, & alioquin descendere compellatur, violentiam patitur, ita quodam modo vim peccata hominum inferunt Deo, dum de sublimi loco suo ad ea puniendà illum descendere compellunt.

vnde **D. Hieronymus** in commentario super Zachariam prophetam eleganter dixit: *Egredietur Deus de loco suo, quando quietem & mansuetudinem, & clementiam suam pro emendatione peccantium rumpere cogitur, qui per naturam dulcis sit, vitio nostro amarus efficitur, non sibi, sed nobis.* Quare cum diuina eloquia ex vna parte pedes sponsi lapideis columnis, quae grauissimae sunt, comparant crura illius columnae marmoreae, ex altera verò eisdem componunt cum pedibus capreae, & hinnuli. Similis est dilectus meus capreae, hinnuloque ceruorum: nullam in his verbis contradictionem reperiri putemus, quia sponsa considerans ad puniendum lento passu, & moroso gressu abire sponsum, ad beneficiendum verò & miserandum veloci cursu proferare, propterea marmoris columnis ad significandum primum; pedibus verò capreae, & ceruorum, ad denotandum secundum aptè illum comparauit. Cum igitur in hoc itinere Mariae pergeret Dominus ad beneficiendum Ioanni, quasi pedes hinnuli ceruorum assumpsit, sponsa dicente: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Beneficium autem quod ei contulit, illud primum fuit, quod peccatum originale, quod eius animam detestabilem diuino eius conspectui reddebat, continuò expulit. quod singulare beneficium Ioannes agnoscens, statim laetabundus in vtero materno tripudiate cepit: *Exultauit infans in gaudie.* Dauid qui-

dem interrogauit: *Quid est tibi mare, quod fugisti, & in Iordanis, quia conuersus es retrorsum? Montes exultastis sicut arietes, & colles, sicut agni ouium* responsum autem accepit: *à facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob.* Liceat mihi in praesentium per similem interrogatione facere: *Quid est tibi, peccatum originale, quasi procellosum mare genus humanum inundans, quod fugisti, & tu Satan, quia conuersus es retrorsum? & quid est, quod Ioannes exultauit in vtero? Sanè respondere licebit: à facie Domini mota est terra, hoc est, terrena infantis Ioannis substantia mota est à facie Dei Iacob, quem infantulus coram se virgineo in thalamo recubantem praesentit.* vnde Chrysostomus per Protopopiam Ioannem loquentem introducens ait: *Accessit, qui soluit vincula, & quid ego sedeo vincitus? venit Verbum, ut omnia constituat, & ego adhuc maneo detentus: exibo, praecurram, & predicabo omnibus.* Contemplor & ego similiter Ioannem ibi merite dicentem: *En ipse stat post parietem nostrum: En dilectus meus loquitur mihi, per os matris suae: anima mea liquefacta est, ut dilectus locus eius est; igne sui amoris flagro, & dulcedine mirae suauitatis eius liqueco, immò cor meum, & caro mea exultauerunt in Iesum Deum.* Quis hic non mireretur, cum à saeculo non sit auditum gaudium, & tripudium antiquius. Ortus olim propheta vocabatur *videns*, quia à longe, Domino reuelante, quasi Iyaceis oculis, futura prauidebat; Ioannes autem in vtero matris plusquam propheta est, cum antequam natus, Christum vidit, & instar Dauidis ante arcam Domini saltantis, illum adorauit, & corporis tripudio aduentum eius celebravit. O beatum virum plusquam prophetam, qui antequam praecedas Saluatorem, te ipsum praecedis, ante ortum iam Praecursoris ministerio potioris, antequam humum teras, coelum inhabitas. felix certe nuntius, & omni acceptione dignus, qui prius gestiuit nuntiare Dominum suum, quam nasci: impatiens, ac celestissimus legatus, qui ante

perua



peruenit ad regem, quam ab ergastulo  
vteri materni exiret. mirandum sane pro-  
digium, vt non deserens terminum, à quo,  
perueniret ad terminum ad quem, vt phi-  
lofophorum more loquar. Certabant o-  
lim gemini, Elia, & Iacob in aluco ma-  
tris sua Rebecca, & inter angustias vteri,  
velut in loco duelli, pugnabant, duorum  
populorum tyrum gerentes; sed longe  
hoc Iouanis tripudium duculo illo mica-  
bilis, & sacratius, ibi pugna mutua, hic a-  
mor reciprocus; ibi certamen & rixa, hic  
gratia, & pax; ibi dissentio, & dissidiū, hic  
foedus, & concordia quid plura? gemelli  
illi in vtero certabant, hi exultabant, illi  
rationis nondum expertes praliabantur,  
hi scientes amicitiam inieciunt; illi tam-  
quam ignorantes pueri quid facerent, ne-  
sciebant, hi tamquam viri cordatissimi, &  
dilectissimi per diuinam voluntatem,  
tamquam per primam normam, actio-  
nes suas regulabant. Ecce igitur causam,  
propter quam festinater Christus venit,  
non longas inducias, nō prolixas pertra-  
hens moras, vt Praecursorem suum sancti-  
ficet, & ex filio iræ ei filium constituat.

Age nunc, quam cōmunis hæc fuerit  
latitia, breui edisseramus. Gaudet infans  
Ioannes ante ortum ob cœlestia charis-  
mata recepta: *Exultauit infans in gaudio,*  
gaudet Elisabeth, quod Spiritus sancti  
fluenta illam irrigauerant: *Et repleta est*  
*de Spiritu Sancto Elisabeth.* gaudet Zacha-  
rias, ob meritum filij prophetae donum re-  
cipiens, vt Ecclesia Catholica docet:

*Hinc parens nati meritis vterque*  
*Abdit a pandit.*

gaudet beatissima Virgo, vt ipsa ingenua  
fatetur dicens: *Exultauit spiritus meus in*  
*Deo salutari meo.* Gaudet humanitas Chri-  
sti, quia iam incoeperat humanata salu-  
tem in medio terræ, hoc est, in medio v-  
teri virginei operari; vt autem Origenes  
dixit: *Est festiuitas magna Christi, Dei nostri,*  
*humana salus.* Gaudet tandem beatissima  
Trinitas, quod potentia patris, sapientia  
filij, bonitas Spiritus sancti clarius iam in-  
coetescere inciperet hominibus, & per me-

rita Christi tres diuinae illæ personæ cœ-  
lestia sua munera copiosius, & vberius  
effunderent. Commune quidem hoc tam  
coelo, quam terræ gaudium ex Mariana  
visitatione ortum grauissimi illi Patres,  
Consilij Basilienfis (numero, & sapientia *Patres Cœl.*  
multi) his verbis eleganter descriperunt: *Basil. sess. 43.*  
*Maximam lætitiā fidelium mentibus debet*  
*ingerere excellens illud mysterium, quo ma-*  
*tres illæ gloriose totius salutis nostre ferentes*  
*primordia, tam familiariter inter se exulta-*  
*runt: Cum Virgo excellentissima de stirpe Da-*  
*uid Maria, & veneranda inter filias Aaron*  
*Elisabeth inuicem colloquantur: quæ un-*  
*altera Creatorem omnium, & Saluatorem no-*  
*strum, altera Praecursorem Iouannem gestat in*  
*vtero: & sanctæ illæ miraculo matres effectæ,*  
*diuina inter se beneficia commemorant. felix*  
*quidem illa conuentio, & magis diuine gratiæ*  
*splendoribus illustrata, quæ tales, & ante in-*  
*uicem matres pariter affuerunt, quarum alte-*  
*ra Virgo ex Spiritu sancto, altera sterilis, &*  
*in senectute conceperat, & vtriusque partum*  
*cœlestis Angelus prænuntiavit; quæ Iouannes*  
*adhuc maternis reclusus claustris, venientem*  
*ad se Dominum in Maria vtero veneratur:*  
*quæ repleta Spiritu sancto Elisabeth concepit*  
*filij Dei, & Saluatoris hominum exultat:*  
*quæ & ipsa prophetans, beatissimam dixit Ma-*  
*riam, quæ credidit, & reuelata sibi mysteria*  
*pandit: quæ denique repleta ineffabili gaudio*  
*mater Domini Maria, omnia in corde suo con-*  
*ferens, quæ vel prius ab Angelo, vel tunc ab*  
*Elisabeth perceperat, in canticum, & laudem*  
*Domini prorumpit. Et paucis interiectis,*  
*hæc adiciunt: Quis tanta mysteria condignis*  
*laudibus prosequatur? quis hæc gaudia suffi-*  
*cienter exponat, dum Iouannes nondum na-*  
*tus exultat Elisabeth aduentu Virginis colla-*  
*tatur, Maria in mysteriis gaudet, clausus in*  
*vtero Saluator à suo recognoscitur Praecurso-*  
*re, lætantur Angeli, cælum, & terra inunda-*  
*ntur, & tota Trinitas nonis laudibus glori-*  
*ficatur: Hæc igitur gaudiorum magni uis, spe-*  
*cialibus est extollenda præconiis: hæc singula-*  
*ribus solemnitatibus celebranda, in qua, &*  
*Dominum, qui peccatur vtero, & Virgineam,*  
*quæ parat & sterilem, quæ concepit, & Pra-*



et visorem, qui visitatur, condecensibus prosequi debemus honoribus. Cui sit honor, & gloria in saeculorum Amen.

## HOMILIA V.

*Eadem verba: Exurgens Maria, iterum illustrantur; pariterque illa alia: Abiit in montana cum festinatione: in quorum expositionem permulta ad componendos mores traduntur, ut de consulendo bono proximis, de non differendo exercitio bonorum operum, de difficultatibus inobseruantiae diuinae legis superandis; ac tandem de consortio virorum, praecipue Virginitatis fugiendo.*

Mar. 2.

Psal. 131.



**V**ERBA haec D. Lucę: *Exurgens Maria abiit in montana: attentius consideranti, Dauidica illa occurrerat: Surge Domine in requiem tuam, & arca sanctificationis tue: sacerdotes tui inuocantur iustitiam, & sancti tui exultent.* Peripicuum satis est, Regium prophetam secundum literalem sensum sermonem facere hoc in loco de mutatione Arę in templum Domini, ac sanctitate, & reuerenti cultu, quo illam sacerdotes suscepturi erant; tamen cum mutatio illa Arę figura extiterit, & imago, mutationem Virginis in domum Zachariae egregie adumbrans, merito in sensu mystico praesenti Marianę visitationis argumento adaptamus. Postulat ergo David in spiritu a Domino, ut exurgat, hoc est, ut iter accipiat ad fruendum requie suae: requies autem Christi benefactore est, & peccatorum purgationi vacante; unde perinde fuit, ac si diceret: surge Domine, in vtero Virginis, & perge ad

benefaciendum Ioanni, Zachariae, & Elisabeth; hæc enim est requies tua, pauperes caelestibus donis locupletare. Quia tamen prauidet David, Christum tunc veri virginis Arca clausum pedibus suis progredi non posse, ideo dicit: *Tu, & 112*  
*Arca sanctificationis tuæ: hoc est, mater tua, ut sic in ea, in seculo, ad domum Zachariae ducaris; vel certe id dicit, quia spiritus propheticus pronouerat Deum post incarnationem suam aemini caelestis charismata, nisi mediante Virgine, collaturum, & ideo petit, ut exurgeret etiam mystica Arca Maria, ut re vera exiret, Luca dicente: Exurgens Maria abiit in montana, mediaque eius salutatione Ioannes, & parentes eius imaginis diuinæ gratie munera susceperit. hinc recte D. Bernardus term. 3. in vigil. Natiui. Dom. dicit: Quia indignus eras, cui donaretur Deus, data est Maria, ut per illam acciperes, quicquid haberes. & ibidem subiunxit vniuersalem legem his verbis illam promulgans: Nihil vos Deus habere voluit, quod per manus Mariae non transiret subiungit deinde: Sacerdotes tui inuocantur iustitiam, & sancti tui exultent: ut fructum visitationis Marię, Christum secum ferentis, indicaret, nimirum, quod sacerdos Zacharias, & sacerdos illa Elitabet, ac filius eorum Ioannes iustitia Dei, ac mira sanctitate repledi orant, ac summa læticia exultabundi, deo ut & infans in vtero hilaresceret, Euangelista dicente: Exultauit infans in gaudia.*

Verum ad eadem verba redibo *Exurgens Maria: quidam arbitrantur surrexisse ab oratione ad actionem, hoc est, ab exercitiis vitę contemplatiuę ad vacandam operibus vitę: Ego autem existimo, tantum fuisse perfectionis B. Virginitatem, totę diuinis auxiliis suffultam, ut in ea contemplatio actionem non excluderet, nec rursus actio contemplationem impediret, sed simul Marthę, & Marię officia eminentissimè exerceret. de illa quidem Maria sedens dicitur, quod vacabat Domino: *Sedebat secus pedes Domini: Maria vero* Deipara*